



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Regularibus omnibus vetitum est ministrare sæcularibus personis
Sacramenta Baptismi, & extra suas Ecclesias, Eucharistiæ: item Extremæ
unctionis & Matrimonij, n. 54.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

pro Ordinandis. 85

Cenae, aut Ordinario loci reseruatis: Ac si
secus egerint, absolutiones nullas, atque
irritas fuisse, ac fore: In alijs vero casibus,
& censuris Sedi Apostolicae reseruatis, si
quidem Regulares habeant à Sede Aposto-
lica absoluendi facultatem, illam extra
Italiam minimè sublatam fuisse iisdem
Sac. Congregationis Decretis hac de re e-
ditis iussu san. me. Clementis VIII.

Quam Sacrae Congregationis senten-
tiam Sanctitas Sua ad se relata appro-
bavit, mandauitque ab omnibus, ad quos
pertinet, inuiolabiliter obseruari. Romae
17. Nouembris 1628.

F. A. Card. S. Honufr.

P. Fagnanus Secr.

Regularibus omnibus vetitum est mini-
strare secularibus personis Sacramenta
Baptismi, & extra suas Ecclesias, Eu-
charistiae: item extremae Vnctionis, &
Matrimonij.

LIV. Quod Regularibus omnibus
d 7. de

de confessionibus secularium audiendis, id quoque non minori ratione de administratione Baptismi, vel Sacrosanctæ Eucharistiæ extra suas Ecclesias, vel extremæ vnctionis, ac multò magis de solemnizatione aut benedictione matrimonij, quæ debent à proprijs Parochis ministrari, est vetitum; Proinde nulli Regulares, nisi de expressa nostra, vel nostri Vicarij generalis, vel proprij Parochi licentiâ, audeant extra suas Ecclesias vlla Sacramenta, præter pœnitentiæ, administrare; quin etiam, si audierint alicuius infirmi confessionem in domo priuatâ, id significant proprio eius Pastori; sed nullatenus præsumat ægroto deferre secretò & sine lumine Sacrosanctam Eucharistiam, quod ne quidem ipsis Pastoribus permittitur; nec sollicitent ipsos ægrotos ad eligendum in ipsorum Ecclesijs sepulturam; & si spontè eam elegerint, Ecclesiæ nihilominus Parochiali sua iura seruentur.

Clem. Religiosi de Privileg.

Missæ in priuatis adibus non celebranda.

LV. Quod concedi consuevit desiderijs